

3. D. D.

CASUM

MEDICO - LEGALEM

De

VULNERE

VENTRICULI

LETHALI.

Cum

Consensu Ampliss: Facult. Jurid. &
Medicæ, in Regia ad Auram Acad.

Sub Moderamine

Dn. PETRI Elfving/

Doct. & Profess. Med. Experientissimi,

Publicæ DISQUISITIONI

Submittit

Reg. Alumnus

URBANUS ELFVING Dalekarle

Loco, horisq; solitis, d. 8 Maji 1725.

~~~~~  
ABOÆ, Excud. E. Flodström. R. Acad. Typ.

*S: a R: a M: is*

REGNIQUE SVETIÆ

MAXIMÆ FIDEI VIRO,

SENATORI, ET PRÆSIDI

SUMMI, quod in Magno Ducatu

Finlandiæ floret, TRIBUNALIS,

ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMOq̃

COMITI ac DOMINO,

Dno. JOHANNI

CRÆUTZ /

MÆCENATIS SUMMO.

**I**N devotissimi animi testem,  
Et

In spem gratiæ, qua sortis tenuioris  
Musarum

Cultores benigne sublevantur,  
Obtinendæ,

Studiorum hæc primitias  
Submissione Summa

Offert

ILLUSTRISSIMI GENEROSISSIMIq̃  
NOMINIS TUI

Humillimus Cultor

U. E.

VIRIS,  
PIETATE  
in

Regem, Patriam, Sanctamq; Justitiam  
Integerrimis,

REGII DICASTERII ABOENSIS  
GENEROSIS & NOBILISSIMIS DOM.  
VICE - PRÆSIDI

Dn. ANDRÆ MÜNSTER,  
CONSILIARIIS

Dn. WILH. JOH. QVENSEL,

Dn. LAURENT: CARPLAN,  
ET ADSESSORIBUS

Dn. ERICO WALLWIJK,  
AC

Dn. CLAUDIO JÜRGER  
SKJÖLDI  
PATRONIS SUMMIS;

**O** B favorens summum, & studium in  
me propensissimum, in submissi & ve-  
nerabundi animi perpetuum solem, cum o-  
mnigena felicitatis voto, leve hoc tirocinii  
rudimentum sacratum voluit

GENEROS: et NOBILISSIMORUM  
NOM. VESTR.

Devotus cliens.

U. E

Nec non  
NOBILI STRENUSSIMO QVE  
VIRO,  
Dn. BIRGERO ELFWING,  
Capitano & Inspectori Rei Mechanicæ Ingeniosissimo,  
PATRUO SUSPICIENDO,

Tum et  
NOBILI SPECIATISSIMO QVE  
Dn. JOHANNI MEURMAN,  
Commissario ad mensam Argentariam, quæ Holmiæ est,  
Adeuratissimo,  
*Evergata, Parentis loco venerando,*

**H**Oc, quidquid est speciminis,  
ob beneficia in me plane paterna,  
in gratissimi animi monumentum,  
omni observantia

D. D. D.

U. E.

I. N. 7.  
MEMBRUM PRIUS,

§. I.

**M**issis, quæ institutum  
ejusq; tractandi modum,  
ambagibus, in primo statim limi-  
ne, literas Judicis Territorialis,  
quæ mihi ansam & materiam,  
exiguas ingenii vires, circa præsen-  
tem quæstionem jam experiundi  
exercendiq; subministrarunt, in me-  
dium proferre, & quidem idioma-  
te Svecano, e re esse duxi; Operam  
deinde daturus, ut, si propter brevi-  
tatē ab adversa fortuna mihi injun-  
ctam, non omnia, præcipua tamen,  
quæ ad institutum pertineant, sim-  
plici cōsiderationi subicere queam.

A

Sic

Såsom Bonden N: N. är död blefven fyra dagar efter det/ han af Soldaten N. N. med wår-  
jan är kuckin i wänstra sidan /  
och 1. Jältstären N. N. i sin attest befrijar Soldaten för banemålet; 2. Soldaten till sitt försvar/ påstår några till medicin hörande omständigheter; och 3. wid ransakningen något är observerat, om den dödas tillstånd/ hwilket ej i Chirur-  
gi attest är infördt; Alltså för-  
låtes Härads Rätten öfwerända Chirur-  
gi attest och ransakningen / med vänlig begäran/ at Herr Do-  
ctoren, efter alla omständigheters ompröfwande och öfwerwägande/ med det förka/ skrifteligen och ut-  
förligen bidrager sin embetes plicht och åtlåtelse/ till rätten/ huru wi-  
da det sving / som gått genom den dödas mage / är dödeligt eller ej; Förblifwande ic.

Eædem hæc Judicis Territorialis literæ præstitere, quod heic animadvertendum existimamus: nimirum, in expediendis talibus, quæ difficultatibus interdum summo involutæ sunt, inquisitionibus criminalibus, non Cassaneum, Tiraqvellum, & alios, qui inspectionem cadaverum medicis negant, illosq; in publicum pro-ire vetant; sed curam tantummodo invalidorum & ægrotantium committunt, (a) esse sequendos: nec subiratum Ulpianum esse audiendum, qui operam medicorum, e reipublicæ cura & foro, verbis durioribus pro-scribere conatur (b): neq; eos probandos, qui fastu nescio quo, suæ auctoritati aliquid derogari putant, si in causa ardua atq; difficili, consiliis, vel renunciatione utantur medicorum; multo minus eos de-

A 2

niq;

(a) *Bohm. Off. Med. For. Cap. 1. § 3.*(b) *Lang. Epist. Med. 3. 6.*

4  
niq; ullo habendos loco, qui tem-  
poris lucrandi gratia, aut per er-  
rorem, medicam opem negligunt:  
Verum, cum in ejusmodi casibus,  
non de lana caprina, sed de vita  
hominibus carissima agatur, & lan-  
tissimæ justitiæ, & integritati con-  
scientiæ litandum sit, eos, qui ju-  
dicium suspendunt & peritorum  
consilia petunt, (c) magis perspe-  
cte sapere arbitramur. Hi enim,  
parum operæ, in recensendis & di-  
rimendis quæstionibus ad medici-  
nam spectantibus, se collocasse co-  
gitant (d), & in quæstionibus de  
Pubertate, matrimonio, virgini-  
tate, partu, veneficiis, epilepsia,  
amentia, gestatione, infanticidiis,  
gravioere capitis, & gravidarum per-  
cussione, maleficiis, pestifera  
constitutione, & vulneribus renun-  
ciare, adeo esse difficile sciunt, ut  
peritissimorum interdum medico-  
rum

(c) *Farinac. Quæst. 126. n: 50.*

(d) *Zacch. Quæst. Med. Legal. pag. 422.*



rum ingenia & sagacitatem vexet atque torqueat, ita quidem, ut conscientia veluti strictiore gaudentes, interdum ad sententiam suspendendam, cogat depositionis gravitas (e), Porro Legum Imperialium & Regiarum majestatem, Pontificiarum sanctimoniam, & Consistorialium gravitatem, secundum Codronchium (f), Pacianum (g), & alios (h), in casibus ad medicinam spectantibus, peritorum medicorum (i) industriam & judicium requirere, mente provida, solertiq; agitante, & de cetero mature perpendunt, ex consuetudine in toto fere orbe recepta, variorumq; populorum &

A 3

re-

(e) *Codroneh. Met. Test: C. 3. Carpzov. prax. Crim. part. 1. quest. 26. 44.*

(f) *Loc. cit. (g) de prob. C. 47.*

(h) *Ruland: de commiss. Com. 1. 4. 15. Mascard. Vol. 3. Concl. 1175. n: 29. Esc. Act. de Privil. Infirm. part. n: 3.*

(i) *Gailius 2. ob. III. 1.*

regionum legibus & moribus confirmata, (k) medicis juratis (l), ad Axioma Juriseonsultorum: *Perisus in arte credendum* (m), spartam illam competere, ut super lethalem vulnerum vim deponant (n), & sub *Testimoniorum, Relationum & Renunciationum* nomine (o), statum ejus, de quo quæritur, cum iudice petente ac iubente communicent, & quidem, quod pia mente, omni deponenti volutandum, *sincere & sancte. Medicum* namq; qui de morbo aliquo vel vulnere sententiam suam religiose testificari debet, ante omnia maximam, ab omni affectione, perturbatio-

196

- (k) *Clarus & recept. sent. 4 § 5.*  
 (l) *Feltman. de Cadav. Inspect. c. 3. §. 2. 3. Et. Carpzov. loc. cit. quæst. 26. § 38. 39. Et.*  
 (m) *Maschard. de Prob. l. 2. 1034. N: 1. Pacian: de Prob. l. 47. 10. Carpzov. loc. cit. §. 34. § 35.*  
 (n) *Farinac. de Homicid. l. 14. q. 127. p. 2. 4.*  
 (o) *Beh. Off. Med. For. c. 2.*

neque liberum vacuumque habere oportet, Et veritatem sectando mendacium odio persequi, ideo requisitus a Judice, qui juxta formam vel ordinem Juris interrogatus, veritatem dicere debet, quolibet utilitate, vel sub ratione Et speciebani, postposita (p). Plurimi itaque interest sententiam suam haud leviter ferre, ne dum in re tam gravi, amicitia atque hostilitati aliquid dare, quin potius soli veritati litare. Sit tibi Deponens religio, nunquam judicem in fraudem allicere (q). Hoc enim in loco me non latet, quam facile avaritia Et lucri cupiditas serpat, quam prompte multorum animos obsideat, eoque impudentia deducat, ut mendacium etiam, Et perjurium certa mercede pacisci non dubitent, inquis Fidelis (r).

## §. 3.

Itaque quoniam debita scientia haud gaudent omnes, qui medici

A 4

no-

(p) Codromch. Meth. Test. c. 3.

(q) Tulpus l. 4. c. 7.

(r) In conclusione sui operis.

nomine superbire fatagunt, in quærenda hac renunciatione, merito præterivit *Circumformæcos* vel *Empiricos*, qui partim peritia & requisitis, ad deponendum necessariis carent, partim etjam legibus proscripti sunt: (a) Et *Balneatores*, quibus balnearia parandi, scarificandi, & ungues abscindendi ministerium relictum est; (b) Nec *Discipulo* vel *ministro* Chirurgorum, garritate sæpiusculæ superbienti, destituito tamen omni ad legitime decidendum requisito, renunciandi provinciam esse injungendam: Nec *Pharmacopola*, in arte quidem sua ut plurimum periti, sed Anatomix, Physiologiæ, rarissime experti, adeoq; decidendi facultate de

(a) *B. M. Reg. Car. XI const. Med. A:o 1609. §. 2. conf. Car. 5. con. crim-art 134. Constitut. Saxon. an. 1580, & 1518. Leg. Prov. Wurtemberg. tit. 5. Leg. Saxon. Goth. tit. 6.*

(b) *Muscatel: de Vulne. Letb, p. 241.*

destituti, cum *Pharmacopœi* (c) huius negotio non debeant se commiscere, ut *Corchorius* inter olera) operam sollicitandam: Nec *Barbitonsaris* (d), cui barbam abradendam, venam secandam, & vulnera interdum deliganda committimus, sententiam postulandam: neque *Chirurgus* soli; cum ne quidem medico, qui est *Chirurgus* tantum; sed, qui totius artis medicæ peritus sit (e), & diæsi sui legitimam causam & rationem reddere queat (f), credendum sit, & lex jam jam alleganda medici præsentiam requirat, renunciandi facultatem impertiendam censuit. Sed quoniam ipsa loquatur experientia, ejusmodi hominum, ut plurimum in arte minus versatorum, ideoque propter ignorantiam maxime fallen-

A 5

cium

(c) *Amman. prax. Vul. leth. dec. 2. hist. 3.* (d) *Pacian. de Probat. l. 2. c. 4.*

(e) *Strykius §. 19.* (f) *Pacian. de Prob. l. 47. 64. Boer. decis. 323. Mœsessel. pr. Crim. de Vul. leth. p. 241.*

tium, depositionem, ut requisitis, ita fide carentem, Supremis Judiciis curas plurimas, tædiosamque molestiam, imo, nauseam procreare; & ipsi haud ignotum erat ( de aliarum gentium legibus idem statutibus, propter propositam brevitatem non loquor ) Summi apud nos Legislatoris hujusmodi mandatum: *Defß utan skal han ( sc. medicus provincialis ) wid rimade skador/ Uti dråp och slagsmåhl/ besikningarne i egen person bimisla/ och der om/ klara och endeliga utteller, til sakens uplysning/ såmte flera wederbörander/ ifrån sig gifwa (g): cum quo collimant sequentia. Om begäres efter patientens dödd/ af defß släkte och ansörwanrar/ öfwer någon dödadad kropp någon besikning och apertio cadaveris, bdr Medico som ther til kallas/ och sig der wid insinner/ sntz Riksdaler gifwas. Och skal aldrig någon slif öpning ske/ utan at icke någon af Collegij membris dr der hos tillstådes/ som bäst kan weta och esterransfaka/*  
 hmad

(g) Kongl. Maj:s fullmacht för Provincial Medicus i N. N. af den 2 April: 1692.

hwarð som i sådana fall är at i ocht laga  
 (h) *probatu medici renunciationem*  
 efflagitat.

§. 4.

Pari modo, circa præsentem ca-  
 sum, æquam medici renunciatio-  
 nem, non gravitate Dictatoria tu-  
 midus, sed Supremorum Judiciorū,  
 medicis suis deposituris, propensis-  
 simis formulis gratificantium ex-  
 actissima informatione instructus,  
 & moderatiorum judicum exem-  
 plis eruditus, (a) modeste Territoria-  
 lis noster judex, his verbis desiderat:  
 med wånltg begårån. Atque ut  
 recte se habeat, votoque ejus re-  
 spondeat renunciatio medici, qui  
 visitationi & demortui corporis a-  
 pertioni non adfuit, haud *coacte*;  
 sed *spontaneo ductu*, ea adminicula,  
 quæ legitimæ & sanctæ depositio-  
 ni iulerviendæ necessaria visa sunt  
 trans-

(h) *Constitut. Reg. Med. 12. 10.*

(a) *vid. requisit. in Valentini pan-  
 dect. med. Leg.*

transmittit, sc. *inquisitionem criminalem & Chirurgi testimonium*; ut medicus ex priori, circumstantias a Chirurgo omittas, & accusati exceptiones observaret, & ex posteriori Chirurgi sententiam perciperet: quo, rite ponderatis circumstantiis illam, sive confirmaret, sive rejiceret. Prioris contenta ad forum medico legale spectantia hæc sunt; Efter aflagd ced/inenga fyra wienen/ tillita med Kyrkoherden/ som besökte den skadade bonden med Herrans Natward/ at bonden straxt efter slynges dänat/ hiekat/ gifwit öfwer den maat han ätte om middagen osmåte; sedan upkastat blod och galla/ slagat öfwer stor wärck i llfwer der såret war/ och at andra dagen en feber insunnit sig/ med håstlig tork/ hufwud - wärck och stor ångslahet/ wakande och ruckningar. Hvilka swärigheter liden under tiden sig Andrande/ hafwa tillagte och warat/ til dis bonden den fätarde dagen gaf up andan. Des war han och bonden warit 50 åhr gammal/ frodig/ stark/ och af god hälsa/ urhan ringeste tækn til någon sjukdom. Accusati exceptiones in Protocollo, hoc modo



do observantur: Den anklagade påstär/  
 1. at sår och slyng uti magan/ eij äro dö-  
 delige: 2. at den sårade först om tredje dag-  
 en / hwilket woro förkint / anlita Gält-  
 skäraren om hjelp; och at 3. Gältskäraren  
 sage sig kunna curera bonden/ der han i  
 tid anlitet honom. Posterius, attestatum sc.  
 Chirurgi ita habet. Til underdån. Ed-  
 miukt följte af N. N. befallning/ har jag  
 visiterat och öpnat den döda bondens N. N.  
 kropp/ och der wid funnit/ i i wänstra si-  
 dan wara stungit med wärian ett håhl /  
 hwilket gäde genom wid magens supe-  
 rius orificium: bestimandes såret i den si-  
 dan af magen/ som framåt är/ så stort at  
 cummen kunde gå der igenom; men i den  
 sidan åth ryggen/ eij större än at lilla fingree  
 kunde der igenom stickas. 2 uti Magan/  
 tarmarne/ och flerswa abdomen fann man  
 coagulerad blod/ blandad med Chylus,  
 galla/ slem/ och wass. Sedan bonden blef-  
 wit stucken/ har han upkastat galla och  
 blod / sweetat kall sweet / warat mycket  
 machts/ och haft feber. Ädren kunde  
 man intet uplåta för det kalla wädret.  
 Vulneraria brukades inwärttes och utwärt-  
 tes/ men utan någon särdeles nytta. Hvad  
 bondens döb angår; så kan jag säija/ at  
 han

han ett döde af vulnere ventriculi: emedan  
 dan i Fallopius, Galenus, Hildesius och  
 andre intyga / at vulnere ventriculi äro  
 lyckeligen curerade worden: emedan z  
 det ett warie ogiftligt curera de tillägna  
 symptomata, der bonden i tid sökt hjelp/  
 hwilken han sent och på tredje dagen begär-  
 te då febrer honom utmattadt: at han ue-  
 af honom måtte dö. Detta betygar jag  
 med mitt namns underskrifande N. N.

## §. 5.

Petitur proponit iudex *accu-  
 rate*: ut sc. medicus probe pensa-  
 tis & ponderatis circumstantiis,  
 quas Protocolum & Chirurgi at-  
 testatum suggerunt, mentem &  
 sententiam, skrift- och utförligen bidrage  
 non de conditione vulnerum ven-  
 triculi, neque de lethalibus ventri-  
 culi vulneribus; sed de *hoc vulnere*,  
 quod miles rustico inflixit: utrum  
 sc. lethale sit an non? aperiat:  
 nullus dubitans, quin medicus, in  
 renunciando se *perspicuum praebeat*,  
*obscuritatem terminorum evitet*, & rem  
 du-

*dubiam judici evidentem & certam reddat. (a)*

## MEMBRUM POSTERIUS.

### §. I.

**M**edicus Legislatori hæc dicitanti: Skal han klare och tydelige atterker til salens uplysning ifrån sig gifwa (a) obediens, judicisque petitioni, at skrifteligen och utförligen bidraga/ concedens, quaestionem, pro circumstantiis, ex inquisitione criminali & attestato collectis, intentioni judicis inservientem, hunc in modum format: an vulnus hoc, ad superius orificium ventriculi gladio inflictum, cui, teste Chirurgo, biliosus & cruentus vomitus, sudor frigidus, virium debilitas, febris, & tandem mors supervenit: vel quo vulnere inflictio ( vid. protocolli extract:), vulne-

(a) *Bobm. loc. cit. Cap. 5.*

(a) *Thef. 3. memb. 1.*

neratus, quinquaginta annorum, robustus, & constanti sanitate præditus rusticus, animi deliquium, & vehementem dolorem passus fuit, singultivit, cibum crudum, materiam albam, bilem & langvinem vomitu rejecit, die secundo febris correptus fuit, cum dolore capitis, vehementi siti, anxietate summa, vigiliis, & convulsionibus; quæ mala, interdum remittentia parum, ad diem quartum, dum exspiravit, perdurarunt: an, inquam, vulnus hoc lethale sit, an non? Deinde, ut reo cordatisque aliis satisfaceret, turbasq; & cavillationes, quas caussidici excitare solent, (b) evitarer; minus obvia omnibus explicat, Chirurghi attestatum & accusati exceptiones examinat, tandemq; renunciationem subnectit.

## §. 2.

Circa *Ventriculum* ( qui in hoc  
ca-

(b) *Valent. Pandect. med. leg. Part. 20*  
*Seç. I.*

casu pars affecta est) corpus illud cavū, quatuor tunicis compactū, in infimo ventre situm, in superius orificium, cavitatem & pylorum divisum, motu peristaltico pollens, ac excipiendis, resolvendis, alterandis, expellendisque assumtis interveniens (a), rei illustrandæ causa, impræsentiarum observandum est. 1: Quod arterie ejus, a ramis cœliacis oriundæ, & vene, a Portæ trunco, ejusque ramis mesenterico & splenico propagatæ, ad superius orificium iust maiores, & deinde ramulos per totum ventriculū spargunt (b). Quæ vasa majora, si vulnerantur, aut dissecantur, sanguinem enormiter, & ad vitæ finem fundunt: (c) 2: Quod vasa lymphatica ventriculi rupta, continuo ad fluentem lympham in abdomen exonerant. 3: Quod nervi ventriculi interiores, a pari vago originem du-

B

cen-

(a) *Taury Anat. Cap. 1. Eysel Physiol. pag. 53.* (b) *Munwicks Anat §. 16. Vesale Anat. de ventriculo.* (c) *Boerhav. §. 161.*

centes (d); uterque enim paris vagi nervus in ventriculo terminatur (e), sunt valde insignes, & juxta sinistri orificii partem, ubi unitis fibris (f), plexum nerveum, motui orificii intervientem producunt, eximium fasciculum nerveum, a pari intercostali, se ibi insinuantem, excipiunt; qui deinde nervi, ventriculum undique multis propaginibus perreptant: & 4:0 Ventriculo sensum (unde adperitus &c.) & motum, peristalticum scil. imperiunt. Quæ functiones, ad assumptionem, mutationem, solutionem (g), ac in intestina & vasa lactea propulsionem (ut cetera mittam) alimentorum & chyli adeo necessariæ sunt; ut, hisce propter organa destructa cessantibus, homo vivere desinat.

§. 3.

Medicis *Vulnus* est solutio unionis

(d) Verbejn. Anat. Tr. 2. Cap 9.

(e) Willis Nervor. de descriptione c. 24. p.

(f) Willis de nervis pag. 329.

(g) Pitkarn. dissert. p. 68. Nenter Phÿsiol.

nis in parte molli, a corpore duro & acuro producta, quæ propter separationem cohærentis, & liquidi effluxum, actionem vel immutatam, vel abolitam intert. Differunt Vulnere  
 1: *ratione partis adfectæ*, internæ, sive externæ, & pro earum varia natura:  
 2: *figuræ*; dantur enim recta, obliqua; magna, parva, profunda, superficialia, rotunda & lara: 3: *Causse*; quatenus a punctione, lésione, contusione, sclopeto &c. infligantur (a). Vulnus est 1: *Sanabile*, quod, curi & partibus carnosiss inflictum, functiones non tollit, & idcirco facili negotio curatur. *Quod cum simplex in carno/a parte, omnem securitatem, quantum ex se, soleat promittere (b)*, juris consultis non præsumitur mortale (c). 2: *Indifferens*; quod pro medentis industria, ægri constitutione, ætate, robore, obedientia, ac temporis ratione, &c. aliquando curatur, aliquando curatio-

B 2

tio-

(a) *Blancard. Chirurg. p 560.*(b) *Codronch. Meth. Test. C. 4.*(c) *Farinac. Consil. 171. § 4.*

tionem respicit (d). Huc spectant vuln-  
 era, quæ in se non lethalia, fiunt le-  
 thalia (e). 3: Ut plurimum lethale,  
 quod frequentius mortem infert (f)  
 curationem & restitutionem raro ad-  
 mitterit, & lente demum interficit (g):  
 vel prout Jurisperitis placet: *cujus*  
*curatio secundum plurimums male succedit*  
*& difficilis est; non quod semper interfici-*  
*at: (h)* 4: Ex necessitate lethale, quod  
 intra paucarum horarum vel dierum  
 spatium, certissimam mortem infert,  
 & nulla arte curari potest (i). Vel, Fa-  
 rinacio docente, *quod omnem medelam*  
*effugiens, brevi temporis spatio vitam adi-*  
*mit (k).*

## §. 4.

Attestatum Chirurgi, historiam  
 morbi, inspectionem demortui, & de-  
 positionem tradens, ac plurimarum  
 circumstantiarum defectu laborans,  
 de-

(d) Galen. l. 5. §. 65. (e) Boerhav. §. 172.

(f) Bohm. p. 615. (g) Idem p. 617.

(h) Vid. Zacch. quest. med. leg. 5. 22.

(i) Barbet. Chirurg. p. 172. (k) Farina-  
 nac. de homicid. p. 126. 5.



debitæ censuræ subicere, non admittit  
 proposita brevitatis. In historia vero  
 morbi, plura etiam, & scitu maxime  
 necessaria momenta, ac symptomatum  
 gravissimorum observationem,  
 quam difficilis hicce casus exactissi-  
 mam postulat, Chirurgus, nescio qua  
 oscitantia, neglexit; quæ renuncian-  
 tem medicum difficili negotio im-  
 plicarent, & vero obruerent prorsus,  
 nisi accuratum judicis Protocollum,  
 industriæ a Chirurgo adhibitæ dete-  
 ctum, supplevisset. Verbo ut me ex-  
 pediam: Depositioni, quam de mor-  
 te rustici exhibuit Chirurgus, cum,  
*si Medicus nimis temere judicet, reus sit  
 ipse mortis & supplicii vulneratoris* (a) non  
 subscribo. Nam 1: modus eam pro-  
 ponendi, hic ipse: *Så fan jag säija;*  
 renunciationi Medico - Legali, quæ  
 puram, aut adsertionem, aut nega-  
 tionem postulat, vel omnem judicii  
 suspensionem extorquet (b), non com-  
 perit. 2: Quia *sententia hæc: Ut han*

B 3

eij

(a) *Ficm. semcios: l. 4. l.* (b) *Bahn. p. 619.  
 Codronch. l. c. 3. Conf. Carpzov, l. 26. 28.*

eij dōdt af vulnere ventriculi; rationi,  
 multa temporum experientia firmata  
 repugnans, vulneri, quod ventricu-  
 lo ad superius orificium inflictum e-  
 rat, *lethalitatem* derogat. Dicebam:  
*rationi, multa temporum experientia fir-*  
*mate, repugnans:* Nam 1: post in-  
*fectum* vulnus, rusticus, alias robu-  
 stus, & optima sanitate præditus,  
 nullo morbo, nullo symptomate, nisi  
 quod vulneri debet natales, nulloq;  
 commisso errore mortuus est: Et  
 quidem 2: *brevi*, scilicet intra quar-  
 tum diem; quod exiguum decum-  
 bendi & moriendi spatium, ad diem  
 7. se non extendens, adeoque letha-  
 litatis præsumptionem innuens (c), alii  
 penes rusticum morbo, aliique causæ,  
 quam vulneri, & quidem ex necessi-  
 tate lethali, *spatio brevi* vitam adimen-  
 ti (d), ejusque symptomatibus, non  
 competit: 3: Vulnus hoc, quod  
 magnum erat, lato gladio inflictum,  
 pluraque vasa lædens & rumpens, a-  
 deoque tanto magis periculosum,  
 quanto

(c) Zacch. *Quæst. med.* l. p. 422. (d) *J.* 3.

quanto certius vulnera in parte car-  
nosa, alias *tuta*, si magna sint, *dubia*  
& *lethalia evadunt* (e): Quod etiam *dupli-*  
*catum* erat, latus ventriculi anterior  
& posterior adficiens, adeoq; gravi-  
ores effectus produciens, ac eo diffi-  
cilius curam admittens, visceris ad  
vitam, maxime necessarij, *ventriculi*  
*sc.* nobilissimam partem, 4: ad *ori-*  
*ficiam* superius, *lesit*: primum, quod  
ad *membranas* adinet, quæ retrofli-  
endo, majorem vulneris hiatus, pro  
effusione ingestorum, & aliorum li-  
quidorum præternaturali in abdomen,  
caussantur (f): deinde quod ad de-  
scriptas a Malpigio ventriculi *glandu-*  
*las*, quæ peculiarem liquorem in ven-  
triculum fundunt (g): tum quod ad  
*vasa lymphatica*, quæ, dissecta, conti-  
nuo stillantem lympham abdomini  
committunt: tum etiam quod ad *ar-*  
*terias & venas majores*, §. 2. descriptas,  
quæ, cruorem continuo in cavitatem  
abdominis deponendo ( post mortem

B 4

enim

(e) *Memeb. de arb. Jud. l. 2. c. 275. n. 12.*(f) *Boerhav. §. 165. (g) Ep. de Gland. p. 149.*

enim fant man uthi abdomen &c. coagulerad blod/ blandat med Chylus, galla/ slem och watn ) hominem profusione sanguinis exhauriunt (h); quo *equilibrium* & *proportio*, quæ *intercedere debet inter solida ad discilandum, & liquida ad undulandum, tollitur* (i), quæ extravalata, tacta mistione, putrescunt, & mala funesta, e. g. gangrænam partium (k) creant: & deniq; quod ad *nervos*; quorum dimidiata aut totalis disiectio influxum liquidi nervosi impedit (l); motui peristaltico omnimodam obicem imponit; ac vellicationem, tensionem & spasmus, vel obstructions, insensibilitatem, exsiccationem ( mors naturalis ventris ob ariditatem exsiccationemque solidorum, & vappiditatem & salsedinem liquidorum, inquit Bagliv: (m)) & immobilitatem, immo dolorem intensissimum & gangrænam (n) producit.

¶ 10,

(h) *Celſus* l. 5. c. 26. (i) *Bagliv. Can. 29.*

(k) *Baerb. §. 178.* (l) *Nenter. Physiol. c. 4 m. 4. p. 2. Borel. mot. anim. p. c. 11.*

(m) *Bagl. Can. 20.* (n) *Fernel. Patb. l. 7. c. 8.*

Quo, cum, deficiente stimulo naturali, solidorum oscillatorius & fluidorum undulatorius motus invertatur & tollatur; *ventriculi* contractio, Chyli præparatio, ac per ductum thoracicum propulsio, *cordis* motus, sanguinis circulatio, quæ *animali est pro vita (o)*, sanguificatio, nutritio, & partium restauratio, in qua consistit *vita (p)*; *Cerebri* motus & pneumatosis, functiones animales reliquæ, secretiones & sensus pedetentim abolentur, & tandem omnino cessant. Quibus observatis, haud difficile est concludere, quod in attestato & Protocollo decem enumerata symptomata, 5: huic vulnere debeant originem. Unde enim *Animi deliquium*, nisi a cordis e latere, propter liquidorum dispersionem & dolorem, depravato (q)? Unde *Singultus*, *vomitus* & *Convulsiones*, nisi a totius vel partium vellicatione, ac deficiente, propter hæmorrhagiam liquido,

B 5

ad

(o) Pitkarn, *diff.* p. 63. Borrell. *mot. anim.* p. 2. c. 16. (p) *ad mentem Baglib. Cas.* 27.

(q) *Valentin, Prax. infal.* p. 194.

ad æquilibrium necessario, tensione & trahendi nisu (r)? Unde *Febris*, nisi a solidorum vellicatione, fluidorumq; motu vitiato, & inflammatione? (s) Quis tensioni, læsionique fibrarum magnæ, ac inflammationi, vehementem *dolorem* supervenire (t) negaret? Quis *virium debilitatem*, liquidorum, propter extravasationem, defectui, vehementissimoque dolori & vigiliis (u) non adscriberet? Quis *Anxietatem* summam a fibrillarum orificii superioris ventriculi distensione, corrugatione & divulsione (v), quam a Blas excentrico, pylori motum irritante causari docet Helmontius (W), & objecto non proportionato, sive in ventriculo hærenti, sive aliunde adventente, ac ibi solutionem continenter molienti, adtribuit Dolæus (x), exori-

(r) *Malpig. p. 290.* (s) *Boyle Inst. phys. Tom. 3, p. 629. Conf. Bellin. de febr. p. 247.*

(t) *Bellin: de morb. cap. p. 567.* (u) *Guldenkle p. 1003. Valeriol. obs. 6. t. 6.* (v) *Lang. Prax. med. p. 353.* (W) *Joh. Bapt. oper. de Blas. Hum. p. 171.* (x) *Encyclop. med. p. 442.*

oriri & nasci inficias iret? Nonne *Sudor frigidus, solidus, momento compressio- nis*, propter villos prorsus lassatos, & velut ultro contenta effluere permit- tentes, *destitutis (y)*, & sanguinis mo- tui sublato (*z*) natales debet? nonne denique *vigilia*, a dolore, febris, ejus- que causis (*aa*) premanant? Hæc symptomata morbum, causam & ipsa symptomata comitantia, in præ- sentia mortis agunt nuntios. Nam *convulsio*, quo spectant *singultus domi- tus*, a vulnere lethalis est (*bb*). Animi deliquio, si convulsiones accedant, mors in propinquo est (*cc*). Febris cum syncope & lyporhymia, *funesta* omnino est (*dd*). In febribus, oris ven- triculi dolor, *malum (ee)*, immo, acce- dente singultu, lethalis est [*ff*]. *Vigi- liæ modum excedentes, malum (gg)* :  
su.

(y) *Bellin. p. 474. (z) Bell. p. 633.*

(aa) *Mauget. Bibl. med. p. 1040. & Bell. p. 286 (bb) Hippocr. Coac. 486. (cc) Dol. Encyc. p. 404. (dd) Junken. Prax. med. p. 426.*

(ee) *Hipp: IV. S. 65. (ff) Dol. p. 416.*

(gg) *Hipp. II. S. 2.*

*Sudor frigidus* in debilitatis, vel conclamati morbi, vel mortis certus nuncius & index est (hh). *Omnis accessio gravis mali, ad gravis malum lethalis est* (ii); nam grave malum, gravi malo accedit (kk), & mala orta a malis gravissima inferunt mala (ll). Et cur mortem non pronuncient; cum causa eorum vulnus, 6: sanandi copiam ( quatenus per medicamenta & manum Chirurgicam, solidorum & liquidorum natura, in ordinem reduci neutiquam potest (mm): non admittit. Hæc enim non potest ad exterioris lateris, multo minus interioris profundam læsionem, quam passus est ventriculus, pertingere; ut, si possit, ( quod *Timæus* (nn) in adeo profundo vulnere negat ) auferat ea, quæ unionem impediunt, separata & terrotacta reducat, & uniat: & in unione, ut consolidentur retineat: illa vero, medicamenta scilicet, interne assumpta, vel per vomitum rejicerentur, vel ab admixto sanguine & ceteris liquidis castrarentur, vel per hiantia vulnera, in abdomen protruderentur: ubi cum reliquis liquidis extravasatis, novas turbas excitarent. Non itaque mirum, quod ejusmodi ventriculi magna & inaccessibilia vulnera Medici pronuncient lethalia,

(hh) *Manget. Bib. Med. 1033. Bellin. pag. 474.* (ii) *Jacot. in Casc. p. 198.* (kk) *Holler. in Casc. p. 215.* (ll) *Duret. p. 421.* (mm) *Bagliv. Can. 25.* (nn) *Consil. p. 1003.*



raram nonnullorum ventriculi vulnerum  
 curationem, singulari naturæ solertia  
 & virium robori (oo) adscribentes.  
 Hippocrates namque, ea ventriculi vulne-  
 ra, quæ nervis interioribus & grandi-  
 bus intusque conditis venis vim infe-  
 runt, lethalia esse (pp) judicat; Barbette,  
 illa ventriculi vulnera præcipue lethalia  
 esse, quæ orificio ejus superiori, nervis-  
 que per id distributis infliguntur, pro-  
 nunciat (qq). Boerhave, ea stomachi vul-  
 nera necessario lethalia esse, quæ cruorem  
 a corde derivant in cava corporis, & me-  
 delam ob situm loci capere non possunt,  
 & quæ motum chyli in cor tollunt, adse-  
 rit (rr). De hisce vulneribus ita loqui-  
 tur Manget (ss): ventriculi vulnera, in-  
 ter lethalia numerantur, & quidem me-  
 rito; quia in parte hac magis membrano-  
 sa ægerrime sanantur: ac si infligantur su-  
 periori ejus orificio, quod stomachus nun-  
 cupatur, ob nervorum ei insertorum copiam,  
 convulsionibus & singultibus continuis æ-  
 grum occidunt. Hisce adstipulantur Cel-  
 sus (tt), Bonetus (uu), Guldenklec (vv) ut  
 Juris petitos, aliosque medicos præteream )  
 fa-

- (oo) Guldenklec p. 1003. (pp) Coac. §. 509.  
 Senert. Prax. med. p. 366. (qq) Chirurg. p. 174.  
 (rr) §. 170. (ss) Tom. 4. p. 1036.  
 (tt) lib. 5. 26. (uu) Sepulc. Arat. 1. 4. §. 11. 3.  
 (vv) Resp. 19.

Facultas Medica Lipsiensis: (WW), & Curia Lipsiensis (xx). Cum bina, quibus depositionem suam probare conatur, *argumenta*, falsis fundamentis nitantur: Auctoritas namq; quam prius crepat, de vulneribus agit, quæ latus vel cavitatem ventriculi læserunt; non vero de duplicatis, & ad superius orificium (prout in hoc casu) inflictis. Si paria paribus convenire novisset, fallaciam non commisisset: nec ab uno individuo ad aliud argumentatus fuisset, quod forum Medico-Legale non patitur: Cum vulnus, quod pro ætate, sexu, constitutione, statu, valetudine, temporis constitutione prava, vulneris magnitudine, & causæ externæ qualitate, &c. in uno lethale reparitur, in alio individuo facile curetur (yy). Hinc non possum non, inquit Bohus: (zz) *redarguere illos (nescio an mali-tie, an hebetudinis) qui non ad casum individua-lem; sed generaliter omnimode, ab uno altero exemplo ad individuum præsens, perpetuam concludentes, respondent. Posterius eum priori ejusdem est furfuris: cum antea dicta, hoc vulnus, & hunc morbum, a quibus symptomata pendent (a) curare, causas ejus remove, vires conservare & restaurare, effe-ctus*

(WW) d. 14. Apr. 1668. *Ammow. prax. Vul. lerb. de 1. cas. 8. & Fac. med. Wittenb. d. 11. Aug. 1668. Val. loc cit. p. 428.*  
 (xx) d. 22. Jun. 1642. *Valent. p. 96.*  
 (yy) *Zaccb. p. 414. (zz) p. 612. (a) Boerb. 846.*

Etus enormes tollere, & statum vulnerati in  
 pristinum mutare, factu impossibile esse in-  
 vant. Ea propter, quid Chirurgus vel i. v. 3. die  
 vocatus in hoc casu, ad restitutionem ag-  
 rantis efficeret? Cur debita cautione, dum hec  
 de symptomatum curatione concludit, non u-  
 sus fuit? Profecto, si accuratorem circum-  
 stantiarum, morbi & Symptomatum rationem  
 habuisset. & cum Facult: Med. Lipsi. debita cir-  
 cumspeditione, eum qui ex symptomatibus vul-  
 neris moritur, non ex accidenti, sed necessario  
 ex vulnere perire (b) cogitasset, mortis causam,  
 contra rite renunciantium regulam: *stante*  
*causae evidentiā, quae influit in futuram mor-*  
*tem, conjuncta cum sufficientia ejusdem causae*  
*non debet culpa mortis in aliam minus eviden-*  
*tem, aut minus sufficientem causam conjici*  
 (c) soli Febri haud adscripsisset. Cum denique  
 vulnera ventriculi, hoc modo, interdum sint  
 lethalia, consilioq; & operā Chirurgus, si vel  
 statim vocatus advenerit, vulnerato rustico  
 subvenire non potuerit, & Chirurgi effatum  
 de restitutione, infirmo fundamento nixum  
 fuerit; sua sponte accusati, tribus rationibus  
 suffulta exceptio curret.

## §. 5.

Cum itaq; rusticus N. N. 50 annorum, ro-  
 bustus, bona & constanti sanitate froitus sit, &  
 sine ullo in diæta commisso errore, sine pro-  
 ba-  
 b) Velf. in Rat vul. leth. jud. c. 26. conf. Stryki sen-  
 tent. in Val proleg. (c) Zac. quest. med. leg. p. 422.

babili aliqua negligentia & tergiversatione,  
 quæ curationi obesse posset, nulloq; alio morbo  
 interveniente, intra quartū diem mortuus  
 fit: Post 2. Vulnus lato gladio inflictum, ma-  
 gnum & duplicatum, adeoq; enorme: 3. in *pen-  
 triculo*, viscere nobili, & vitæ sustentationi ac  
 conservationi quam maxime necessario, 4. Ad  
*orificium* sinistrum, ubi tot tantiq; nervi, arte-  
 riæ, venæ & vasa lymphatica, quæ omnia ad  
 vitam summā necessitas postulat, sensui, motui  
 functionibusq; inservientia, partim læsa, par-  
 tim etiam rupta & abscissa sunt; quo s. assum-  
 tis, sanguini, lymphæ, bili, & reliquis humo-  
 ribus, via in abdomen defluendi, ibiq; putre-  
 scendi, visceribusq; ulterius nocendi aperta  
 est: quo etiam 6. Chylosis, sanguificatio, nu-  
 tritio, pneumatosis, & (ut ceteras functiones  
 taceam) liquidorum circulatio, (sine quibus  
 nulla vita) omnino sublata & abolita sunt.  
 Cui demum functionum abolitioni, cum 7.  
 mortis decem certissimi nuntii, & truculentis-  
 simi, expeditissimique ministri (enumerata  
 symptomata puto) vitæ ne quidquam fere in-  
 duciarum concedentes, nulloq; Hippocratico  
 mitigandi supervenerint, & 8. *Vulnus* pro-  
 pter solidorum texturam, defluxum & corru-  
 ptionem fluidorū, situm inaccessibilem, nulla  
 manu, nullaq; ope Medica curari posset. *Hoc a*  
*milite N. N. russo N. N. inflictum vulnus, ex*  
*necessitate verbale, censeo &*  
*renuntio.*

JUVENI,

Ingenii dexteritate, literarumque  
cultura,

EXIMIO,

Dn. URBANO ELFVING,

Dalekarlia Svoco,

Amico Fideli,

Quæstionem Medico Legalem  
De

VULNERE VENTRICULI LETHALI,

Dissertatione publica erudite discus-  
sam strenue defendenti.

Dum sic solerter, socialis fœdere. pacti  
Connubiiq; jugo jungitur alma The-  
mis

Hippocratesq; Tibi, monstras ut sæpe requirat  
Jus ab Apollineis viribus auxilium.

Hæ curare student *Lethales* corporis ictus,  
Hoc curat mentis vulnera læva feræ.

Astræ natum te tot conamina præstant,  
Te præstant gratum Pergameoq; Deo.

Hinc honorandus eris; decorent Te jugiter  
ambo

Nomine percelebri: Sic inea vota volunt!!!

JAH. PET. FLACHSEN.

Quæst. Reg. Acad. Ab.

# Lil Auscultanten

Herr URBAN ELFVING.

**J**har funnit mödan wårdt/  
Det at wisa/ hwad J lärde  
Litt Medicin och Lagen;  
Då J skref om stung i Magen/  
Har der med förbundet Ehr  
Dem/ som satte år' / at dömma/  
At de måst' det wårck berömma/  
Som en nödig kunskap ger.

Ja! jag säger utan flård/  
Eck och heder är J wårdt/  
Och som Dygder wål bekrönas/  
Bör J med en tienst belönas.  
Hwilken at J snart må få/  
Och sen' förestå med åhra;  
Himlen wille Ehr beståra/  
Jag af hiertat önska må.

J. SIÖBERG.

*Mon Cousin.*

Ayant entendu que vous allez montrer au public une très belle preuve des grands progrès, que vous avez fait dans les arts libéraux, je ne puis pas laisser passer cette occasion de vous témoigner la grande joie, que j'en ai conçue. Je vous assure, mon cousin, que vous faites là des choses dignes, de notre famille, & qu'ainsi vous faites connoître que d'une bonne racine se produisent des bons rejettons, qui en son tems donnent des fruits agréables. Je suis avec plaisir

*Mon Cousin*

Aboë ce de 1 Maij

1715.

Votre très affectionné serviteur,

JEAN SCHULT.

ERUDITAM DISSERTATIONEM

*Præstantissimi Juris Studiosi*

Dni. URBANI ELFVING,

De

VULNERE VENTRICULI  
LETHALI.

**A**Nrens is cediis, rigido qui la-  
serat ense  
*Ventriculum, scripto disquiris docta Mio-  
nerda.*

*Egregio tua, note tuis URBANE periculis:  
Das operam Ibenidi, jungisq; Machaonis  
artes:*

*Hic locuples alter, quod non habet alter  
ra, pandit.*

Gratulabundo animo  
posuit,

PET. Folin.